

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De articulis fidei et ecclesiae sacramentis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[Basel], um 1474

[urn:nbn:de:bsz:31-315766](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-315766)

x Dp 6

AN 13
AN 12
AN 21-27

- ✓ Z. # 8394 + 95 1) Basel. Mich. Wenzler. c. 1478. (20 ff.)
✓ Z. # 1429. 2) adh. a.) (Thomas, Summa) " " (f. 21-37)
✓ Z. # 1454i. 3) " b.) Köln, Arnold Thekenoeren c. 1470 (f. 38-67)
✓ Z. # 3436 4) " c.) Strassburg, Ad. Kirschius. c. 1470 (od. früher)
✓ Z. # 393 5) " d.) Ulm. Joh. Zainer (fol. 99-124)
✓ Z. # 9464 = 847258 6) " e.) ^{Basel c. 1473-4.} Strassburg, Mart. Flach. c. 1475 (fol. 126-159)
✓ Z. # 5903. 7) " f.) Basel, Mich. Wenzler u. Frid. Briel.
c. 1470-72 (fol. 140-201)
✓ Z. # 15839. 8) " g.) " " (fol. 202-211)
✓ Z. # 6903 9) " h.) " " (fol. 212-223)

Stück des alten Vorderdeckels erhalten.
mit alter Sign.

L 4

21

Incipit summa edita a sancto Thoma de aquino
De articulis fidei et ecclesie sacramentis.

Postulat a me vestra dilectio ut de articulis
fidei et ecclesie sacramentis aliqua vobis
compendiose pro memoriali transcribere
cum dubitationibus que circa hec possunt moveri.
Verum cum omne theologorum studium esset circa
ea dubitationes contingentes articulos fidei et ecclesie
sacramenta. si ad plenum vestre paternitati satisfacere
vellem. oporteret me totius theologie summam com-
prehendere difficiles questiones. Quod quam sit oner-
osum ut credo advertit vestra prudentia unde ad presens
vobis sufficiat si articulos fidei et ecclesie sacramenta bre-
viter vobis distinguam et que errores sunt circa quem-
libet eorum vitandi. **I**n primis igitur vos scire oportet
quod tota fides christiana circa divinitatem et humanita-
tem christi versatur unde christus voce hominis loquens
ait. **C**reditis in deum. et in me credite. **C**irca utram-
que autem horum a quibusdam sex. a quibusdam septem
articuli distinguuntur. et sic omnes articuli secundum
quosdam duodecim. secundum quosdam quatuordecim
esse dicuntur. **P**rimo igitur sex articulos sic dis-
tinguntur circa fidem divinitatis. Sunt enim circa divini-
tatem tria consideranda. scilicet unitas divine essencie.
trinitas personarum. et effectus divine virtutis.
Primus articulus est ut credamus essencie divine
unitatem. secundum illud deus. vi. **A**udi israel domi-
nus deus tuus unus est. **C**irca hunc autem articu-
lum plures errores evitandi occurrunt. **P**rimo quod

gentilium siue paganorum ponentium plures deos cōtra quos dicitur exod. xx. Non habebis deos alienos coram me. Secundus est error manicheorum qui ponunt duo prima principia esse unum / a quo sunt omnia bona aliud a quo sunt omnia mala. Cōtra quos dicitur ysaie xlv. Ego dominus et nō est alius formans lucem / et creans tenebras / faciens pacem et creans malum / quia ipse secundum suam iusticiam infligit malum pene / et cum esse respicit in sua creatura malū culpe / quod esse permittit. Tertius est error antropomorficarum ponentium quidem unum deū / sed dicentium eum esse corporeū / et ad modum hūani corporis formatum. Cōtra quos dicitur Jo. iiii. Spiritus est deus / ysa. Cui similem fecistis deum aut quam ymaginem ponetis ei. Quartus est error epicureorum dicentium quod deus nō habeat sciētiam neque prouidentiam de rebus humanis. Contra quos dicitur pe. vltio. Dominum sollicitudinem uestram proicientes in eum / quoniam ipsi cura est de uobis. Quintus est error quorundam gentilium philosophorū / dicentium deum nō esse omnipotentem / sed quod solum potest ea que natura sunt. Contra quos dicitur in psal. Omnia quecumque uoluit dominus fecit. Omnes igitur hii vel derogant unitati essētie diuine / vel perfectioni. Unde cōtra omnes ponitur in symbolo. Credo in unum deum patrem.

Secundus articulus est quod tres sunt persone diuine in una essentia secundum illud infra Jo. vltio. Tres sūt que testimoniū dāt in celo / pater / uerbum / et spūs sanctus / et hii tres unū sūt. Circa hūc articulum / sunt plures errores. Primus quidem sabellij / qui posuit unā essētiā / sed negauit trinitatē personarum dicēs

de hijs interim supseamur / et alios errores circa hunc
 articulum exponamus. **D**uorum primus est chxici et ebi
 omis et etiam nazareoz / que dixerunt gratiam cristi non
 sufficere ad salutem nisi aliquis circumcilionem et alia ma
 data legis custodiat. **C**ontra quos dicitur **Ro. iij.** **A**r
 bitramur iustificari hominem per fide sine operibus legis.
Secundus est error donatistarum qui posuerunt gratiam
 erit / solum in affrica remansisse / quia scilicet totus ali
 mundus omniabatur ceciliano carthaginensi episcopo. qz
 ipsi dampnauerant / et hoc negabant ecclesie unitatem
Contra quos dicitur **Col. iij.** qz in christo ihesu non est ge
 tilis et iudeus circumcisio et prepuccium / barbarus et
 scita / seruus et liber / sed omnia in omnibus christus. **T**er
 cius est error pelagianorum / qui primo quidem nega
 uerunt peccatum originale esse in paruulis / contra illud quod
Apostolus dicit **Ro. v.** **P**er unum hominem peccatum in
 mundum intravit. **E**t in ps dicitur. **E**cce enim iniquita
 tibus conceptus sum. **S**ecundo dicunt / qz principium bo
 ni operis inest homini a se ipso / sed consummatio est a
 deo. contra illud quod dicit **A**postolus **phil. ij.** **D**e
 qui operatur in nobis / et uelle et perficere pro bona uolu
 tate. **T**ertio dicunt gratiam dari hominibus / secundum
 sua merita / contra illud quod apostolus dicit **Ro. xi.**
Si autem gratia / iam non esset ex operibus / alioquin gra
 tia iam non esset gratia. **Q**uartus error est originis qz
 posuit omnes animas simul creatas cum angelis / et p
 diuersitate eorum que ibi egerunt / quosdam homi
 nes uocari a deo per gratiam / quosdam in infidelitate re
 liquit contra quod dicit **A**postolus. **Ro. ix.** **C**um non
 dum nati essent / aut aliquid boni aut mali egisset / dem

est. quia maior seruiet minori. Quintus est error catha-
rizarum idest montani priscie et maxille. qui dicunt p-
phetas quasi arrepticios fuisse. et q non prophetaue-
runt per spiritum sanctum. Contra quos dicitur pet-
pmo. Non enim voluntate humana allata est aliquando
propheta. sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti
dei homines. Sextus est error cedonis. qm pmo dixit
deum legis et pphetarum non esse patrem cristi. nec bonum
deum esse nec iustum. patrem vero cristi bonum. Que
etiam manichei secuti sunt legem reprobantes. Contra
quos dicitur Ro. viij. Lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum. Et Ro. pmo dicitur. Ad
ante promiserat per pphetas suos in scripturis sanctis
de filio suo. Septimus est error eorum qui quedam q
ad perfectionem vite pertinent asserunt esse de necessi-
tate salutis. Quorum quidam arrogantissime aposto-
los se vocauerunt et nullam spem putant habere salu-
tis eos qui vtuntur coniugijs et propria possident. Alij
vero sicut taciari non vescuntur carnibus. eas que om-
nino ab hominibus secundum illud. Apostolus thij.
iiij. docentes abstinere a cibis quos deus creauit ad p-
cipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Dicunt
etiam quod promissio de aduentu spiritus sancti non
fuit in apostolis completa. sed in eis contra illud quod
dicitur Actiu. ij. Euticiani dicunt homines non pos-
se saluari nisi continue orent. propter illud quod domi-
nus dicit lu. xvj. Doportet semper orare et non deficere.
Quod sic accipitur secundum Aug. vt nullum die
intermittant circa orandi opera. Alij vero qui passio-
mente vacantur in tantum silentio student. vt naribus et

labijs suis digitum apponant. Passalos enim grece dicitur palus. ⁊ rinthos. nasus. **Quidam** etiam dixerunt q̄ homo non potest saluari nisi semper nudis pedibus ambulat. **Cōtra** quos omnis dicit **Apostolus**. **Cor. x.** Omnia mihi licent sed non omnia expediunt. **Ex** quo dat̄ intelligi quod licet aliqua a sanctis viris assumant̄ tāquam expediētia. non tamē p̄pter hōc opposita reddūtur illicita. **Septimus** est error eorum / qui dicūt e contrario opera perfectionis nō esse preferēda cōmū vite fidliū. **Sicut** nouimanus posuit q̄ uirginitas non preferretur coniugio. **Contra** illud quod dicitur. **Cor. vii.** Qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit. et q̄ non iungit meli⁹ facit. **Et** sic uigilanti⁹. qui equauit statum diuicias possidētium. statum paupertatis propter cr̄stum assumpte. **Cōtra** quem **math. xviii.** Si uis perfectus esse uade ⁊ uende omnia que habes ⁊ da rē. **Nonus** error est negancium liberum arbitrium sicut negauerunt quedam dicētes animas qui sunt male creatōis non posse non peccare. **Contra** quos dicitur **p̄ma. Jo. ij.** Nec scribo uobis ut non peccetis. **Decimus** error est prestilliamistarum ⁊ etiam manicheorum dicēcium homines esse fatalibus stellis colligatos. **Ita** scilicet quod eorum opera sūt necessitate astrozum subiecta. **Contra** quos dicitur. **Jeremie. x.** A signis celi nolite timere que gentes timent. **Undecimus** est error. dicencium q̄ homines gratiam dei et caritatem habētes peccare non possunt. **Ita** quod asserunt eos que alia quando peccant nunquam caritatem habuisse. **Contra** q̄s dicitur. **Apo. ii.** Caritatem tuam pristinam reliquisti memor esto unde exaudieris. **Duodecimus** ē error eorū

que ea que ab ecclesia dei vniuersaliter sunt statuta di-
cunt non esse obseruanda. Picut arriani qui dicunt sta-
tuta ieiunia non esse solempniter celebranda sed cu q̄s
voluerit ieiunet ne uideatur esse sub lege. Et sicut v̄x
erachochite idem quarto decimiani qui dicunt. xiiij. lu-
na pasca esse celebrandum quocunq; die septimane oc-
currerit. Et eadem ratio est de quibusdam alijs ab ec-
clesia statutis. Et contra omnes istos errores in sybo-
lo apostolorum dicitur. Sanctam ecclesiam catholicam.
sanctorum comunionem remissionem peccatorum. Et in sybolo
patrium dicitur. Qui locutus est per prophetas et vnam sanctam
catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma
in remissionem peccatorum.

Quintus articulus est de resurrectione mortu-
orum de qua dicitur. Cor. xv. Omnes quidem re-
surgemus. Contra que etiam sunt plurimi errores qui
sunt. Primus est error valentinus. qui carnis resurrectionem ne-
gavit. quem etiam plures heretici sunt secuti. Contra que
dicitur ad Corinthios xv. Si Christus predicatur quia sur-
rexit a mortuis quomodo quidam dicunt in vobis que-
niam resurrectio mortuorum non est. Secundus est error
ymenij et fileti. Contra quos dicit Apostolus quod a ve-
ritate deciderunt dicentes resurrectionem iam factam vel
quia non credebant resurrectionem nisi spiritualem vel
quia non dicebant alios resurrecturos nisi illos qui cum
Christo surrexerunt. Tercius est error quorundam mor-
dernorum hereticorum qui dicunt resurrectionem futuram. non
tamen eorundem corporum sed anime resument quedam
corpora celestia. Contra quos Apostolus dicit. Cor. xv
oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale

hoc induere immortalitatem. Quartus est error euticii patriarche Constantinopolitani. qui posuit quod corpora nostra essent aere vel vento similia. ut Gregorius narrat in .xiiij. mora. Contra quem est quod dominus post resurrectionem suam corpus suum discipulis palpandum prebuit dicens Luce ultimo Palpate et videte. Cum apostolus dicat phil. iij. Qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Quintus est error dicentium quod corpora humana in resurrectione vertentur in spiritum. Contra quos Lucus ultimo dicitur. Spiritus carnis et ossa non habet sicut me videtis habere. Sextus est error cherinthi. qui mille annos post resurrectionem in terreno regno christi fabulatur futuros. in quibus homines carnales ventris et libidinis voluptatem habebunt. Contra quem dicitur math. xx. In resurrectione neque nubet neque nubentur. Quidam etiam dixerunt quod post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nunc est mundus manebit. Contra quos dicitur Apo. xxij. Vidi celum novum et terram novam. Et apostolus dicit Ro. viij. quod ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Et contra omnes errores dicitur / carnis resurrectionem. Et in alio simbolo

Expecto resurrectionem mortuorum.

Extus articulus pertinet ad ultimum effectum diuinitatis que est remuneratio bonorum et punicio malorum. secundum illud ps. Tu reddes unicuique secundum opera sua. Et circa hunc fuerunt multi errores. Quorum primus est dicentium / quod anima moriatur cum corpore / sicut aiabes asserit. vel etiam post modicum interuallum sicut Zeno dixit ut recitat in libro de ecclesiasticis

dogmatibus. Contra quos est apostolus Phil. j. desiderium habens dissolui et esse cum cristo. Et Apoc. vi. vi. di sub altare dei animas interfectorum / propter verbum dei. Sedus est error origenis / qui posuit demones et homines dampnatos / iterum posse purgari / et redire in gloriam. et angelos et homines beatos iterum posse ad malum deduci. Quod est eodem autoritatem domini Ma. xxv. Ibi sunt hi in supplicium eternum Iusti autem in vitam eternam. Tertius est error dicentium / omnia premia / et omnes penas malorum futuras / esse equales. Contra quorum primum dicitur Cor. xv. Stella differt a stella in claritate / sic et resurrectio mortuorum. Contra secundum dicitur Math. xi. tiro et sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Quartus est error dicentium animas malorum non statim post mortem descendere in infernum nec aliquas sanctorum animas paradisi intrare ante diem iudicii. Contra quos dicitur Luc. xvi. Mortuus est dives et sepultus in inferno. Et cor. v. Si terrestris domus nostra dissolvatur huius habitacionis domum habemus non manufactam conseruatam in celis. Quintus error est dicentium / non esse purgatorium animarum post mortem. eorum scilicet qui in caritate decedentes aliquid purgabile habent. Contra quos Cor. iii. Si quis edificaverit super fundamentum. scilicet fidei per dilectionem operis lignum fenum stipulam. detrimentum patietur / ipse tamen salvus erit. Sic tamen tanquam per ignem. Et contra hos errores dicitur in simbolo vitam eternam amen vel vitam futuri seculi amen. Alii vero qui septem articulos circa fidem divinitatis assignant eos sic distinguunt ut primus sit de essentie unitate. Secundus de

persona patris. Tercius de persona filij. Quartus de persona spiritus sancti. Quintus de effectu creacionis. Sextus de effectu iustificacionis. Septius de effectu remunerationis. In quo comprehendunt resurrectionis et vitam eternam. Et sic dum predictorum sex articulorum secundum diuiduntur in tres. Quintus vero et sextus coniunguntur in unum sicut secundum eos septem articuli nec refert quantum ad veritatem fidei uel erroris veritatem qualiter distinguantur.

Nunc restat considerare articulos qui pertinent ad humanitatem christi / circa quam etiam sex articulos distinguuntur.

Quorum primus est circa conceptionem et natiuitatem christi / secundum quod dicitur Ysa. vii. et inducit Math. i. Ecce uirgo concipiet / et pariet filium / et uocabitur nomen eius emanuel. Et circa hunc multi fuerunt errores. Primus fuit dicentium christum esse purum hominem / et quod non semper fuit / sed a maria uirgine sumpsit exordium. Et iste est error carpocratis et cherinthi / et ebionis et paulisamositani / et fotini. Contra quos dicit Roma. octauo. Ex quibus christus secundum carnem super omnia benedictus deus amen. Secundus error est manicheorum / dicentium quod christus non habuit verum corpus / sed fantasticum. Contra quod est quod dominus Luc. ultimo reprehendit errorem discipulorum suorum qui conturbati et perterriti estimabant se spiritum uidere. et Math. xiiii. videtes eum discipuli super mare ambulantes / turbati sunt dicentes / quia fantasma est / et pretermetere clamauerunt. Quorum opinionem dominus remouet dicens. Habete fiduciam / Ego sum / nolite timere. Tertius est error valentini / qui dixit christum celeste corpus attulisse / nichilque de uirgine assumpsisse. sed per illam tanquam per riuum aut fistulam. sine ulla de illa

assumpta carne. transisse. **Cōt** quem dicit ad **Gal. iij**
Misit datus filium suum factū ex muliē. **Quartus** error
Apollinaris/ qui dixit verbū in carnem fuisse uersū
aut transmutatum. **N**on autem carnē d' marie carne su
sceptam. ppter illud quod dicit **Jo. p'rio.** **V**erbū caro
factū est. per hoc intelligens/ q' verbū sit in carnem con
uersum. **C**ontra quod statim ibidem subditur. **E**t habita
bit in nobis. **N**on autē in nostra natura integre habitaf
set/ si fuisset in carne conuersum. **V**nde intelligendum
est. **V**erbum caro factum est. id est uerbum factum ē
homo. **S**ic enī caro frequenter sumit' in scripturis. ut il
lud **Pla. xl.** videbit omnis caro pariter qd os dñi locu
tū est. **Quintus** error est arrij qui posuit cristū huma
nam aiā non habuisse sed uerbum fuisse loco anime.
Contra qd dicitur **Jo. x.** **N**eimo tollet animā meā/ sed e
go pono eam/ et iterum sumo eam. **Sextus** error a
pollinaris. qui cum predicto testimonio/ et alijs conuin
ceretur/ animam humanam cristum habuisse. posuit q'
cristus non habuit intellectum humanum. sed uerbum
dei fuit ei loco intellectus. **C**ontra quod ē q' dominus se
esse hominem confitetur **Jo. vj.** **Q**ueritis me interficere
hominem qui ueritatem locutus sum uob. **N**ō autē fuisset
homo/ si anima rationali caruisset. **Septimus** error ē
euticetis / qui posuit in cristo unam naturam compo
sitam/ ex diuinitate et humanitate. **C**ontra qd apostolus
dicit q' cum in dei forma esset/ formam serui assumpsit.
phil. ij. manifeste distinguens in eo duas naturas/ di
uinam / et humanam. **Octauus** error monotelicarum
ponentium in cristo unam scientiam et uoluntatem
Contra quod dominus dicit **Matthi uicesimosexto Nō**

sicut ego volo. sed sicut tu. vbi manifeste ponitur in
 cristo alia voluntas humana alia diuina. que est omnis
 patri et filio. **N**onus error est nestorij qui posuit cri-
 stum deum perfectum et hominem perfectum. et tamen
 aliam dixit personam dei esse. aliam hominis. et quod non est facta
 unio dei et hominis in vna persona cristi. sed solum secundum
 gratie inhabitacionem. **I**ta quod negat beatam virginem
 esse matrem dei. sed eam dicit esse matrem hominis christi
 contra quod dicitur luc. primo. **Q**uod ex te nascetur scilicet vo-
 cabitur filius dei. **D**ecimus error est carpocratis. que
 hominem cristum de utroque natum putasse prohibetur. **C**ontra
 quod dicitur Mat. primo antequam ueniret iuenta est in utero
 ro habes de spiritu sancto. **U**ndecimus error heluidij est di-
 centis quod postquam beata virgo peperit cristum. ex Joseph
 plures filios genuit. **C**ontra quod dicitur eze. xl. **P**or-
 ta ista clausa erit et non aperietur. et vir non transibit per eam
 quoniam dominus deus egressus est per eam. **E**t contra hos
 omnes errores in symbolo apostolorum dicitur quod filius dei
 conceptus est de spiritu sancto. natus ex maria uirgine.
Et in symbolo patrum dicitur **Q**ui propter nos homines et prope-
 nostram salutem descendit de celis. **E**t incarnatus est de
 spiritu sancto ex maria uirgine et homo factus est.

Secundus articulus est de passione et morte cri-
 sti. **N**on dominus ipse predicavit dicens. **E**cce ascendam
 iherosolimam et filius hominis tradetur principibus
 sacerdotum. et condemnabitur eum morte. et tradent eum
 gentibus ad illudendum et flagellandum et crucifigen-
 dum. **C**ontra hunc articulum primo quidem est error
 manicheorum. qui sicut corpus cristi fantasticum asserunt

Ita passionem cristi non in veritate sed in fantasia esse arbitrantur. Contra quod isa. liij. Vere languores nostros ipse tulit. Et tanquam ovis ad occisionem ductus est. Quod etiam inducitur Act. viij. Secundus est error salami qui in cristo unam naturam posuit sed incorruptibilem et immortalem. Contra quod dicitur pe. iij. cristus semel pro peccatis nostris mortuus est: Et contra omnes errores hos ponitur in simbolo. Crucifixus mortuus et sepultus etc.

Quartus articulus est de resurrectione cristi. secundum quod ipse dixit Math. xx. Tertia die resurget. Et circa hunc articulum primo quidem erravit ebermethus asserens cristu non resurrexisse. sed resurrecturum esse. Contra quod dicitur Coz. xv. Resurrexit tertia die secundum scripturas. Sedus error est qui ponitur origeni. quod sit iterum pro salute demonum passurus. Contra quod dicitur Ro. vi. cristus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Et contra hos errores dicitur in simbolo. Tertia die resurrexit a mortuis.

Quartus articulus est de descensu ad inferos. Corpore iacente in sepulchro Eph. iij. descendit primum in inferiores partes terre. Unde in simbolo dicitur descendit ad inferos. Quod est contra quosdam qui posuerunt cristum non descendisse per se ipsum ad inferos. cum tamen petrus dicat Act. ij. quod non est de relictus in inferno.

Quintus articulus est de ascensione christi in celum de quo ipse dicit. Jo. xx. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum. Circa quem errant seléciani

qui negat saluatorem in carne sedere ad dextram dei patris. sed secundum quod eum exiit et in sole posuit. Contra quod dicitur math. ultimo. dominus quidem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in celum et sedet ad dextram dei. Unde in symbolo dicitur. Ascendit ad celum et sedet ad dextram dei patris.

Sextus articulus est de aduentu ad iudicium. De quo ipse dominus dicit Math. xxv. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo tunc sedebit in sede maiestatis sue etc. Et per dicit Act. x. Hic est qui constitutus est a deo iudex uiuorum et mortuorum idest bonorum et malorum. siue eorum qui iam mortui sunt et eorum qui in aduentu christi uiui inuentur. Et circa hoc errant illi de quibus dicitur. pe. iij. uenient in nouissimis diebus in deceptio nem illusores iuxta proprias concubinas ambulantes et dicentes. ubi est nunc promissio aut aduentus eius? Contra quod dicitur Job. xix. Fugite a facie gladii. quoniam uultus iniquitatis est gladius. et scitote esse iudicium. Unde in symbolo dicitur. Unde venturus est iudicare uiuos et mortuos. Illi autem qui septem articulos ponunt humanitatis distinguunt primum articulum in duos. ponentes scilicet sub alio articulo conceptione christi et sub alio eius natiuitatem.

Nunc restat videre de ecclesie sacramentis qui tamen omnia comprehendunt sub. iij. articulo. que ad effectum gratie pertinet. Sed quia speciale de sacramentis questionem fecistis. de hijs seorsum agendum est. Est igitur primo sciendum quod sicut Aug. dicit. iij. de ciuitate dei

sacramentum est sacrum secretum / vel sacre rei signum.
Fuerunt autem in veteri lege quedam sacramenta / id est sacre
rei signa. sicut agnus paschalis et alia sacramenta legalia /
que quidem solum significabant gratiam christi / non tamen
eam causabant. **U**nde Apostolus ad gal. iij. vocat ea e-
gena / et infirma elementa. **E**gena quidem / quia gratiam non
continebant. **I**nfirmum / quia gratiam offerre non poterant
Sacramenta vero legis noue continent et conferunt gratiam
In eis enim est virtus christi / que sub tegumeto rerum
uisibilium secretius operatur salutem ut Aug. dicit.
Et ideo sacramentum noue legis est inuisibilis gratie vi-
sibilis forma. ut ymaginem gerat / et causa existat. sicut
ablutio / que fit in aqua baptismatis. / representat interi-
orem mundationem / que fit a peccatis per virtutem bap-
tismi. **S**unt autem sacramenta noue legis. vij. scilicet
Baptismus. confirmatio. eucharistia. penitentia. extre-
ma unctio. ordo. et matrimonium. **Q**uorum prima qui-
que ordinantur ad perfectionem unius hominis in se ip-
so. **A**lia vero duo ordinantur ad perfectionem / et mul-
ticationem totius ecclesie. **V**ita enim spiritualis con-
formatur vite corporali. **I**n vita autem corporali / ho-
mo perficitur. **P**rimo quidem per generationem qua na-
scitur in hoc mundo. **S**ecundo per augmentum quo
perducitur ad quantitatem et virtutem perfectam.
Tertio per cibum / quo sustentatur hominis vita et vir-
tus. **E**t hec quidem sufficerent si nunquam infirmari
contingeret. **S**ed quia frequenter homo infirmatur.
Quarto indiget sanatione. **S**ic est in vita spirituali.
Primo quidem homo indiget regeneratione que fit
per baptismum. secundum illud: Jo. iij. **N**isi quis re-

sunt de necessitate salutis sicut baptismus / et potentia / que
 sunt instituta ad purgandum peccata quibus non existentibus
 non potest homo saluari. **Alia vero sacramenta / non sunt de**
 necessitate salutis / quia sine hijs potest homo esse saluus /
 nisi propter defectum sacramenti. **De sacramentis in speciali.**

Hys visis in omnium ecclesie sacramenta oportet
 quedam in speciali de singulis dicere. **Primo**
 igitur circa baptismum sciendum est / quod materia bap-
 tismi est aqua vera et naturalis / nec differt / utrum sit frigida /
 aut calefacta. **In** aquis autem artificialibus / sicut est aqua
 rosacea et alijs huiusmodi baptizari non potest. **Forma**
 autem baptismi est ista. **Ego** te baptizo in nomine patris
 et filij et spiritus sancti. **Minister** autem huius sacra-
 menti proprius est sacerdos / cui ex officio competit bap-
 tizare. **In** articulo tamen necessitatis / non solum sacer-
 dos sed etiam diaconus vel laycus et mulier siue etiam
 paganus vel hereticus potest baptizare / dummodo ser-
 uet formam ecclesie / et intendit facere quod facit eccle-
 sia. **Si** vero extra articulum necessitatis aliquis a tali-
 bus baptizetur recipit quidem sacramentum et non debet
 iterum baptizari / non tamen recipit gratiam sacramenti
 quia ficti reputantur / utpote contra statutum ecclesie sa-
 cramentum recipientes. **Effectus** autem baptismi est remis-
 sio culpe originalis / et actualis et etiam totius culpe et etiam
 pene / ita quod baptizatus non est aliqua satisfactio iniungenda
 pro peccatis preteritis sed statim morientes post bap-
 tismum introducuntur ad gloriam dei. **Vnde** effectus bap-
 tismi ponitur apertio ianue paradisi. **Circa** hoc sacrame-
 tum fuerunt aliqui errores. **Primus** quidem est solertia-
 norum qui dicunt quod baptismum non recipiunt in aqua sed solum

baptisimum spirituale. **C**ontra quos dominus dicit. io. iij.
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non
erit. Sed error fuit donatistarum reprobantium eos qui sunt a catholicis
baptizati. **C**ontra quos dicit ad ephe. iij. una fides unum
baptisma. **E**t est alius error eorum. **N**am dicunt quod
homo in peccato existens non potest baptizare. **C**ontra quos
Jo. primo. **S**uper quem videritis spiritum descendere et manen-
tem super eum. **H**ic est qui baptizat id est Christus. **U**nde non nocet
hominis malus minister. nec in hoc nec in aliis sacramentis
quia Christus est bonus qui interioriter perficit sacramentum.
Quartus est error pelagianorum qui dicunt pueros propter
reus baptizari ut regeneratione adoptati admittantur ad
regnum dei de bono in melius translati. non ista renouationes
ab aliquo malo obligationis veteris absoluti.

De secundo sacramento

Secundum sacramentum est confirmationis cuius materia
est crisma confectum ex oleo. quod signat nitorem
conscientie. et balsamo quod signat odorem bone fame
per epistolam benedictam. **F**orma autem huius sacramenti est talis.
Confirmo te signo crucis. et confirmo te crismate salutis
in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. **M**inister
autem huius sacramenti est solus episcopus. non enim licet sa-
cerdotes confirmandos crismate in fronte inungere. **E**f-
fectus autem huius sacramenti est quod in eo datur spiritus sanctus
ad robur sicut datur est apostolus in die pentecostes. ut sci-
licet christianus audacter confiteatur nomen christi. et ideo
confirmandus in fronte inungitur in qua est sedes vere-
cundie ut seipsum nomen christi confiteri non erubescat. et pre-
cipue crucem eius que est iudeis scandalum gentibus
autem stulticia. **E**t propter hoc etiam signo crucis designatur

¶ **C**etera h̄ aut̄ sacramētū ē error quorū dā grecoꝝ dicētū
 q̄ sacerdos simplex h̄ sacramētū p̄ officere **C**ōt̄ q̄s dicit̄
 act. viij. q̄ apoli miserūt petꝝ ⁊ iohānē apolos q̄ impo-
 nebāt manū sup̄ eos q̄ baptizati erāt a philippo diacono
 ⁊ accipiebāt sp̄m̄ s̄m̄. **E**p̄i aut̄ sūt in ecclia loco apo-
 stolorū ⁊ loco ipositōis manū datur̄ i ecclis cōfirmatō

¶ **De tertio sacramēto**

Tertiu sacramētū ē eucharistie eꝝ materia est pa-
 nis triticeꝝ ⁊ vinū de vite modica aqua pmix-
 tum ita q̄ aq̄ transeat in vinū **N**ā aqua signat
 ppl̄m qui incorporat̄ xp̄o. **D**e alio autē pane q̄ triticus
 et de alio vino q̄ vitis non p̄t̄ h̄c confici sacramentum
Forma autē huiꝝ sacramenti sunt verba cristi dicentis
Hoc est corpus meum ⁊ h̄ ē calix sanguinis mei noui
 ⁊ eterni testamenti misterium fidei qui pro vobis ⁊ p̄
 multis effūdet̄ in remissionem peccatorum **S**acerdos in
 persona cristi loquēs h̄c conficit sacramentum. mister-
 autem huiꝝ sacramenti est sacerdos nec aliquis alius
 possit conficere corpus cristi **E**ffectus autem huiꝝ
 sacramēti est duplex. **Q**uorū p̄mꝰ consistit in ipsa cō-
 secratione sacramenti. **N**am v̄tute predictoꝝ verboꝝ
 panis cōūtitur in corpꝰ cristi ⁊ vinū in sāguinē. **S**ta-
 tamē qd̄ totꝰ cristus d̄tinet̄ sub speciebus panis. q̄ re-
 manent sine subiecto. ⁊ totꝰ cristꝰ sub speciebus vini
 et sub q̄libet pte hostie consecrate vel vini consecrati se-
 patione facta est totus cristus. **A**lius vero effectus
 huiꝝ sacramēti quē in anima digne sumētis facit. est ad-
 unatio hominis ad xp̄m sicut ipse dicit. **jo. vi.** Qui mā-
 ducat̄ meam carnem et bibit meum sāguinē. in me ma-
 net et ego. **E**t quia p̄ graciā homo xp̄o in corporatur

et membris eius vniuersi consequens est quod per hoc sacramentum
insumendis digne gratia augeatur. Sic igitur in hoc sacra-
mento est aliquid quod est sacramentum tantum scilicet ipsa
species panis et vini et aliquid quod est res et sacramentum scilicet cor-
pus christi verum et aliquid quod est signatum tantum scilicet
vniuersitas corporis militici id est ecclesie quam hoc sacramentum sig-
nificat et causat. Fuerunt etiam circa hoc sacramentum
multi errores. **Quorum** primus est eorum qui dicunt quod in hoc
sacramento non est verum corpus christi sed tantum significatiue
eius erroris dicitur fuisse ceterogaius. **Ceterum** quod dicitur
Jo. vi. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est
potus. **Secundus** est error artdiuitarum qui offerunt
in sacramento panem et caseum dicentes a primis
hominibus oblationes de fructibus terre et omnium fuisse cele-
bratas. **Contra** quod est quod dominus huius sacramenti institutor
panem et vinum discipulis dedit. **Tercius** error est ca-
tharizarum et prepuciarum qui de infantis sanguine quem de
toto eius corpore minutis puncturibus vulneribus extorquent
quasi eucharistiam suam officere perhibetur miscetes eum farina
panemque ex inde officetes quod magis est simile sacrificijs de-
monum quam sacrificijs christi secundum illud psalmum. Effuderunt sangui-
nem innocentem quem sacrificauerunt stultitibus canam. **Quar-
tus** est error aquiriorum qui aquam solam in sacrificijs offerunt.
Cum tamen puerbiorum. ix. dicatur ex ore sapientis
qui est christus. Bibite vinum quod miscui vobis. **Quintus**
est error opitarum. Qui serpente esse christum estimantes.
habent vinum colubrum assuetum panes lingua labare
atque ita eis velut eucharistiam sacrificare. **Sextus** est
error prepucianorum qui tamen dant mulieribus principatum ut
sacerdotio apud eos honoretur. **Septimus** est error pauperum

de lugduno qui dicunt iustum hominem posse cōficere
hoc sacramētū. Contra quos errores ē qđ dñs apl'is
suis tradidit ptātem hoc sacramētū celebrādi. Nō so-
lum illi qui quadā successione ab apol'is acceperūt hāc
ptātē pnt h' sacramētū conficere. **Octau⁹** ē error quorū
dā qui dicuntur adamari qđ inuitātes nuditatē ade ita qđ
mares femieq; cōueniūt nudi leōes audire nudi orant
